

vata Religiosi Apostataz, ac fugitivi etiam habitu dimisso, possunt absolvi a suo Præ- lato sive Generali, sive Provinciali, vi suo- rum privilegiorum, quorum ratione pos- sunt dicti Prælati suos subditos absolvere ab omni excommunicatione reservata Se- di Apostolicæ, etiam contenta in Bulla Cœ- næ, excepta hæresi, ut dicam infra verbo Bulla Cœna, & Verb. Censura, per multa privilegia.

69. Similiter & possunt prædicti Apostataz, & fugitivi absolvi à suis Superioribus etiam localibus à qualibet suspensione contracta ex indebita susceptione Ordinum in tali sta- tu, ut ex Rodriguez, Portel. Vivaldo tenet Diana tertia parte, tractatu 2. Resolut. 85. Ad hoc enim habent prædicti Prælati ple- nissimam jurisdictionem, quamvis talis sus- pensio sit reservata Sedi Apostolicæ, nisi excessus fuerit enormis, ut hæresis, schis- ma, falsificatio literarum Pontificiarum, de quo Casarrubias de b. Absolutio, Ordinis quoad fratres, num. 13. ut latius dicam verb. Dispensatio.

Rodrig. Portel. Vivaldus. Diana.

Casarrub.

70. Poterunt & dicti Prælati Regulares cum his Apostatis, & fugitivis dispensare in ir- regularitate contracta ex indebito exercitio Ordinum, si detur, cum per talem fugam, ut diximus, sint excommunicati, itemque cum eis dispensare, in qualibet alia irregu- laritate, exceptis tribus, bigamia, homicidio voluntario, ac mutilatione membro- rum; ut patet ex multis privilegiis Pontifi- cum, quæ adducit M. Lezana tom. 1. cap. 18. num. 40. & dicam verb. Irregularitas, & etiam circa illa tria excepta scilicet Bigamiam, & aliqua notanda.

QUESTIO XIX.

Utrum Religiosus Apostata, vel fu- gitivus postquam bonam opinionem recuperaverit, possit eligi ad præla- turas Ordinis?

SUMMARIUM.

- 71 Talis bene potest eligi secundum jus com- mune.
72 Secundum verò peculiare constitutiones Re- ligionis, tales consulenda sunt.

Sanchez Sylvest.

Azor. Pellizar.

C. Per tuas.

Negant Sylvester, & alii, quos citat, Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 3. 1. At contraria sententia est vera, & commu- nis stando in jure communi. Ita cum multis Sanchez citatus, num. 32. Azor. lib. 2. insit. cap. 17. questione ultima, & Pellizar. tract. 2. cap. 8. sect. 3. num. 73. Nullum enim jus as- signatur talem poenam, ac obligationem im- ponens. Nam cap. Per tuas, de voto, nihil probat ad rem; cum ibi sermo sit non, de culpa præsentis, sed præterita; statuitur enim ibi, quod electus in Episcopum, voto Re- ligionis à se antea emissio, nondum imple- to, cogatur resignare, ergo à fortiori pro- fessus, qui semel Religionem apostatando

deseruit, gravius enim peccat, sed hoc nihil probat, non enim illud determinatur ratio- ne culpæ præteritæ, sed adhuc pendens; eo quod illud Religionis votum, nondum im- pletum obligat.

Hæc dixi secundum jus commune: nam quantum ad jus speciale, quilibet suas Con- stitutiones consulat. In nostra Carmelitana Observantia nihil circa hoc statutum repe- rio; at in Carmelitana Discalceata, vere Apo- stata non potest eligi ad prælaturam juxta duas Constitutiones, ut refert M. Anton. in Fr. Anton. Directorio, tom. 2. tract. 3. disput. 6. sect. 11. num. 1426.

72.

QUESTIO XX.

An Prælati Regulares teneantur per- quirere Religiosos Apostatas, & fugitivos, eosque ad Religionem reducere?

SUMMARIUM.

- 73 Prælati possunt apprehendere Apostatas etiam extra suum territorium.
74 Prælati tenentur Apostatas perquirere, quam- vis detineantur ab Episcopis.
75 Hæc autem diligentia sufficit moralis.
76 Apostata, & fugitivi benigne recipiendi.

Prælati Regulares possunt Apostatas fugitivos sui Ordinis ubique etiam ex- tra suum territorium, apprehendere, in- carcerare, ad suumque Monasterium re- ducere, ut patet ex multis privilegiis Re- gularibus concessis; & Carmelitanis in suo Mari magno dato à Sixto I V. §. Apostatas corrigi, & alia multa privilegia, qua re- ferunt Navarrus Commentario 3. de Regula- ribus, num. 50. Rodriguez tomo primo, qua- sitione 30. artic. 6. & si necesse fuerit ad hoc invocare brachium sæculare, vel Episcopa- le, quod ipsi tenentur dare, patet ex cap. Principes, & ex cap. Administratores, 23. q. 5. ad quod multa adducit Rodriguez citatus, quest. 8.

73.

Sixtus IV. Navarr. Rodrig.

C. Principes

74. Cornyo. Peirin.

Pius V.

Lezana.

75.

C. Finali.

Et hoc aded est verum, ut notant M. Cor- nyo tom. 2. in tertia parte, tract. 5. de excom- municatione, disput. 9. dub. 5. Peirinis tom. 2. in Constitutione 7. Pii V. num. 20. Quod etiam si Apostata, vel fugitivi fratres detineantur ab Episcopis, possunt eos sui Prælati compellere propter Constitutionem Pii V. quæ incipit: Eisi Mendicantium, quod non solum est ve- rum, quando Religiosus fugit sine licentia, sed etiam quando ivit cum illa per certum tempus, & est transactum. Lezana tom. 1. c. 16. n. 16. qui notat cum Authoribus citatis hoc posse Prælaturam Regularem autoritate pro- pria, sine invocatione brachii sæcularis, sive Episcopalis. Perquirere autem fugitivos, & Apostatas non solum debent Prælati facere, sed etiam ad hoc tenentur ex præcepto imposto cap. Finali, de Regularibus, ut præcipitur, quod Prælati, & Abbates fugitivos suos de Ordine suo

S. Congr. Urb. VIII. Tamburin.

sua requirant sollicitè. Sed etiam hoc manda- tur ex Decreto Sacre Congregationis jussu Ur- bani VIII, anno 1624. & ad longum refert Tamburinus tomo tertio, de jure Abbatum, disp. 8. quest. 3. §. 4. sic habet: Rursus sta- tuit, ut fugitivi, & Apostata, sive habitum Regularem deserant, sive non, non possint, ac de- beant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus regularibus consignari, secundum regularia statuta puniendi; neque ipsi Superiores teneantur eos per- quirere, ad Religionem reducere, atque effi- cere, ut apprehendantur, salva tamen in om- nibus facultate Ordinarii locorum attributa Decreto Concilii sessione 25. cap. 4. de Regula- ribus. Pro decreto Concilii Tridentini nota- tum Ordinarii committi curam recol- ligendi Religiosos Apostatas, & fugitivos non absolute, & simpliciter, sed tantum in casu, quo eorum Superiores fuerint in hac re desides, vel certe non habeant Monasterium in illis diocesis, in quibus degunt prædicti Apostata, & fugitivi, ut notant Miran- da tom. 1. Manual. quest. 51. art. 3. Pellizar. tract. 8. cap. 8. sect. 3. n. 56.

Trident.

Miranda. Pellizar. 76.

Suarez.

77.

S. Congr.

Tambur.

Hæc autem diligentia, quæ adhibenda est à Prælati ad comprehendendos Aposta- tas, & fugitivos, non requiritur, quod sit extraordinaria singulis annis, sed sufficit moralis prudentialiter data occasione, ut notat Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. num. 17. Tandem advento, quod Prælati regula- res tenentur Apostatas, & fugitivos venien- tes ad Religionem, & tanquam ad suum Pa- storem benigne ac benevole recipere, ut mo- net Decretum Sacre Congreg. proxime cita- tum, dicens: Superiores verò benigne illos te- neantur excipere, & paterna charitate com- plecti; & de hac re late Tamburinus citata disp. 8. questio 4.

QUESTIO XXI.

An Religiosi Apostata, & fugitivi de- beant puniri ab Inquisitoribus?

SUMMARIUM.

- 78 Inquisitores non agunt contra Apostatas ra- tione Apostasie.
79 Aliqui Doctores affirmant posse Inquisito- res agere contra Apostatas per annum existentes.

78.

Duardus. Pegna. Diana.

Batiola.

Respondetur negativè ex vi Apostasie, seu ratione Apostasie. Ita Duardus, Peg- na, quos citat, ac sequitur Diana part. 4. tractatu 7. Resolut. 3. §. Quæro igitur; ubi te- statur, quod ita observat sacrum Tribunal Inquisitionis Romæ, non solere contra nos inquirere, & ita etiam observatur in In- quisitione Hispanica; & inde Aloysius Ba- riola in Aphorism. lincera A, verb. Apostata, §. 3. ait: Apostata à Religionibus, non puniuntur ab Inquisitoribus ex sola Aposta- sia, nisi habeant aliquid aliud adjunctum; sicut procedunt contra sæculares cum hære- Sylvester Opuscula.

ticis communicantes, eorum conciones au- dientes, vel binas nuptias contrahentes.

79.

Sunt etiam graves Authores asserentes posse Inquisitores procedere contra Apostatas à Religione, si per annum in excommunica- tione perstiterint, negligentes ad Religionem redire. Ita Sanctarellus de hæresi, cap. 4. dub. 3. Laurentius de Peirinis in Privileg. Minorum. nam. 2. constitut. 2. Paul. 5. num. 13. quia cum existant per annum in excommunicatione vi- dentur suspecti.

Sanctarel. Peiria.

QUESTIO XXII.

Recipientes, auxiliantes, favorem, ac consilium dantes Apostatis, & fugi- tivis, ipso facto in excom- municationem Papæ reservatam.

SUMMARIUM.

- 80 Qui recipiunt, ac favent Apostatis, & fugi- tivis sunt excommunicati.
81 Pius II. concessit Carmelitibus invocare bra- chium sæculare contra hujusmodi fan- tores.
82 Excipiuntur ab hac regula Episcopi.
83 Excipiuntur receptores ratione consanguini- tatis, vel amicitie.
84 Excipiuntur etiam recipientes injuste vexa- tos à suis Superioribus.

80.

Recipientes, ac detinentes in suis do- mibus fratres Apostatas, ac fugitivos, colque occultantes, ipsique favorem, vel consilium impendentes, sunt ipso facto ex- communicati excommunicatione Papæ re- servata, per multa privilegia concessa; & præcipue ex Bulla Julii II. concessa fratribus Augustinianis, ut referunt Casarrubias in Compend. verb. Apostata, numero vigesimo sexto, Peirinis tomo primo, Privileg. Minorum Constitut. Julii II. §. 23. num. 47. & ex Con- stitut. Pii V. Patribus Societatis Jesu, refer- tur in ejus Bullario pag. 9. ubi imponitur ex- communicatio Papæ reservata in tales fa- tores, etiam si tales fugitivos recipiant in- tuitu transeundi ad Carrhusianos, & ad hoc etiam est alia Bulla concessa Ordini Præ- dicatorum, de qua D. Anton. tertia parte, tit. 24. cap. 7. Filiucius tomo primo, Moral. tract. 15. c. 8.

Julius II. Casarrub.

Peirin.

Pius V. Bullar.

D Anton. Filiucius.

81.

Pius II. Casarrub. Lezana.

Miranda.

82.

Pius II. magnam provisionem fecit Car- melitis per suum privilegium Bullatum, & referunt Casarrubias citat. num. 17. & Lezana tom. 1. cap. 16. num. 14. contra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates faventes Apo- stas, & aliis fratribus inobedientibus dicti Ordinis, mandans quod possint contra illos procedere per censuras usque ad invocatio- nem brachii sæcularis, de quo Miranda tom. 1. q. 51. art. 1. Ab hac communi regula excipiuntur pri- mo Episcopi; & quamvis juxta concessionem factam à Pio II. Carmelitibus comprehendantur in præsentis excommunicatione, Principes, Magnates, ac Duces; excipiuntur tamen Epif- S 3 copi,



Trident. copi, quia hi jure communi habent privilegium, ut non possint excommunicari, nisi de illis fiat expressa mentio, ut constat ex Tridentino sess. 24. cap. 5. de reform. & ex cap. Sedes Apostolica de re scriptis, pro quo multos Doctores citat Barbosa in collestanea; & in presenti ita docent M. Lezana tom. 1. cap. 16. num. 15. Pellizar. tract. 8. cap. 8. sect. 3. n. 79.

Barbosa. Secundò excipiuntur, ut docent Miranda 1. part. quæst. 52 art. 2. & ex Rodriguez Peyrinis supra citatis, dicto 5. versic. Nota. Prædictas censuras fulminatas contra eos, qui favent, recipiunt, vel occultant Apostatas, non incurere illos, qui prædicta præstant ratione consanguinitatis, necessitatis, amicitia, aut alio simili titulo: & ratio est; quia gravior est censura Bullæ Cœnæ imposita contra auxiliantes, ac recipientes hæreticos, & tamen ut docent communiter Doctores stando in jure, tales fautores, ac receptores hæreticorum ratione consanguinitatis, &c excusari à censura, ut infra dicam agens de Bullæ Cœnæ: ergo à fortiori item in presenti casu dicendum.

Lezana. Tertio excipiuntur illi, qui tales recipiunt, quia dicit, ac injuste vexantur à suis Prælati: hi enim ut supra dixi non sunt Apostatae, ac proinde eorum receptores, à censuris excusantur.

Pellizar. 8.

Miranda. Rodrig. Peyrin.



RESOLUTIO XI.

Appellatio, seu Appellare.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quomplex sit appellatio?

SUMMARIUM.

1. Quid sit Appellatio.
2. Non datur appellatio à Papa, à Rege supremo, nec ab aequali, nec quando frivola
3. Appellatio in se est de jure natura, cum tali, vel tali modo de jure positivo.
4. Appellatio triplex. Quid sit sententia definitiva, quid interlocutoria, ibid.
5. Appellatio triplex sit.
6. Appellatio etiam sit facta, sumpto itinere ad superiorem, etiam dimisso habitu ex terminis causæ.

Cap. Omnis oppellus. Cap. Placuit. L. 1. ff.



PELLATIO, de qua amplissima materia est apud Iuristas, de ea hic tantum agimus, prout spectat maxime ad Regulares. Est ergo Appellatio provocatio à sententia, seu regimine judicis inferioris ad alium majorem judicem, seu Magistratum: colligiturque ex cap. Omnis oppellus, & ex cap. Placuit 2. quæst. 6.

Ex quo tria colliguntur, Primo, quod à Papa nullus appellare potest, cum non habeat superiorem in terris, & etiam hæc ratio nec à supremo Rege in terris, l. 2. ff. de quibus appellare non licet. Secundò, nec in Religionibus ab aequali ad æqualem, nec à superiori ad in-

feriorem est Appellatio, Barbosa de potestate Barbosa. Episcopi, allegat. 55. num. 46. Tertio; quod cum Appellatio instituta sit in remedium ad justam defensionem, & præsidium innocentia, rap. Cum speciali, §. Porro de Appellationibus, non est ad defensionem iniquitatis, & idè non admittitur casu, quo lata sit contra absentem, vel manifestè, ac notoriè frivola, ac fictitia, Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 6. cap. 6. n. 1. Layman. de quo infra quæst. 8. & latius.

Unde bene inferitur, ut testantur Layman proxime citatus. Sylvester in summa, verb. Appellatio; num. 1. Cum omnibus Theologis, ac juristis, quòd Appellatio sit de jure naturali quoad suam substantiam, cum sit defensio quædam, & præsidium innocentia: quo ad accidentia verò, quòd scilicet tali, vel tali modo fiat, & cum talibus circumstantiis est de jure positivo.

Quantum verò ad numerum Appellationum. Primò duplex est Appellatio, una judicialis, alia extra judicialis. Judicialis vero est illa, quæ est his, quæ contingunt circa judicium, & hæc tantum datur à sententia definitiva, non verò ab interlocutoria. Ante c. quorum appellationes. Appellatio extraordinaria est, quæ interponitur extra judicium, ob aliquod gravamen illatum, vel inferendum Pro intelligentia hujus rei advertit, quod sententia definitiva est, quæ fertur in causa principali, non verò in accidentibus, ac emergentibus, dum causa agitatur. Inter interlocutoria est illa, quæ fertur inter finem & principium litis in his, quæ in processu causæ emerguntur.

Deinde Appellatio vel est verbalis, vel scripta, vel facta: verbalis; quæ fit verbis, seu viva voce; debet tamen actuari per notarium ut de illa constat. Ita Emmanuel à monte Oliveti in practica regulari part. 2. art. 7. num. 403. de quo quæst. sequenti. Appellatio scripta est, quæ actis, & scriptis, fit & licet jure ordinario Appellatio interlocutoria non valeat nisi in scriptis, cum expressione gravaminis, ac causarum illius, ut notavit Maranta de ordine judiciario part. 6. tit. de Appellationibus nu. 153. Hoc tamen non observatur, quando causa agitatur summarie sine figura, ac scriptura judiciali, ut cum Tusco, Franc. Angelo notavit Fr. Emman. à monte Oliveti proxime citat. n. 403.

Tertio fit Appellatio facta, quando auctoritate tenditur ad superiorem, ac si dicator judici inferiori; nolo amplius coram te litigare, sed peto ad majorem, quod est factò appellare, Velasquez allegat. 31. num. 232. Sanchez lib. 3. consilior. cap. unic. dub. 32. num. 22. cum Panormitano, & aliis: notans talem itineris arreptionem esse faciendam inter terminos juris Canonici, & licite sine peccato talis itineris arreptio sine licentia Prælati potest fieri à religioso, etiam non ferendo Religionis habitum & timore seipsum detegendi, & comprehendendi à Prælato injuste gravante posse habitum dimittere, quia illum portare tenetur ex præcepto humano, quod non obligat cum tanto periculo; Portellus in additionibus ad dubia, verb. Habitus, num. 3. & Diana part. 3. tract. 2. Resol. 56. & §. Non desinat.

Layman. 3. Sylvester. L. Ante.

Maranta. Tufchus. Francus. Angel. Monte Oliveti. 6.

Velasquez. Sanchez. Panormitan.

Portel. Diana.

QUÆSTIO II.

Explicantur quinque, quæ sunt necessaria ad appellationem.

SUMMARIUM.

7. Quinque necessaria ad appellationem.
8. Monachus potest appellare.
9. Quo die, vel tempore fieri potest appellatio, & quantum tempus ad proseguendum.
10. Appellatio debet fieri coram iudice à quo, & si non adest coram iudice ad quem.
11. Et si iudex non vult deferre appellationi, fiat coram secretario, vel coram viro probò notario.
12. Non est necessarium, quod appellatio fiat ad iudicem determinatum.
13. Potest Religiosus omisso Generali, vel Nuntio statim appellare ad Cardinalem, Protectorem, vel Papam.
14. Valet appellatio alternativa ad Generalem, vel Papam.
15. Appellatio à sententia definitiva non est necesse quod fiat in scriptis expressa gravaminis causa.
16. Appellatio à sententia interlocutoria debet fieri in scriptis cum gravaminis causa.

7. **Q**uinque sunt necessaria ad appellationem iratit iis deficientibus appellatio fit nulla, nempe ut interponatur à legitima persona, intra legitimum tempus, coram legitimo iudice, & ad legitimum iudicem servata legitima forma, quæ omnia latè explicat Sanchez lib. 3. consilior. cap. unico, dub. 32. n. 21.

8. Primò: Persona legitime appellans: potest esse Monachus, dum injuriam patitur, dummodo non sit ligatus excommunicatione aliqua, pro quo notat Sanchez proxime citatus, n. 12. Excommunicatum posse appellare, non quidem extrajudicialiter, sed judicialiter, cum hoc ut defendere se, illud verò non est agere, quod excommunicato intercludunt jura.

9. Quantum ad tempus: Tria consideranda sunt; de die, in quo fieri potest appellatio, vel de tempore ad ipsam appellationem proponendam, vel proseguendam, Apostolosque petendos.

10. Appellatio inter regulares die feriata, & dominica die fieri potest; ita cum multis Maranta de ordine judiciali, part. 6. tit. de Appellationibus, num. 217. Tempus datum ad appellationem sive à sententia definitiva, sive interlocutoria secundum jus Canonicum est spatium decem dierum, cap. Concertationi de Appellat. in 6. & hi dies computandi sunt, non à die late sententia, ut aliqui dixerunt, sed à die notificationis, ac intimationis cessante impedimento, ut cum multis probat Sanchez lib. 1. de Matrim. dis. 3. num. 40. Qui dies non incepti sed completi, ac naturales de momento ad momentum computandi sunt, ut latè probat Antonius Gomezius l. 70. Tauri num. 25. Tempus datum ad proseguendam appellationem, jure Canonico datur unus annus, imò duo ex causa necessaria, & evidenti

Sanchez. Sanchez. Maranta. Cap. Concertationi. Sanchez. Gomez.

cap. Cum sis Romana de Appellat. Iudex verò à quo ex causa potest tale tempus moderare, breviate, vel prolongare, Sanchez lib. 3. consilior. cap. unico, dub. 32. num. 84.

Tertio requiritur ut appellatio fiat coram legitimo iudice scilicet à quo. ita multi Canonistæ apud Sanchez, citatum num. 128. quia Sanchez, per appellationem suspenditur ejus iurisdictione, tum quia talis honos deferendus est iudici; dato quòd non possit fieri appellatio coram iudice à quo, vel ob metum alicujus noventi impedimentis, vel quia non adest copia illius, tunc potest interponi appellatio coram iudice ad quem, si adest, cap. Biduum, 2. C. Biduum, quæst. 6. l. 1. ff. Quando appellandum, §. si quis ipse. Quòd si iudex fuerit ferus, & durus, ut nollet deferre appellationi, nec Apostolos reformatores concedere, secretarius tenetur sub peccato mortali, ut omnes fatentur, dare plenariam fidem de tali re, ut appellans causam devolvat ad superiorem, ut jubeat inferiori, seu iudici à quo exhibere acta, & si secretarius fidem noluerit dare, appellans eam postulet à testibus, coram quibus requisivit à secretario, Fr. Emmanuel Oliveti in pract. regulari, part. 2. art. 7. n. 412. Et sufficit quòd sit unus testis bonæ, & probatæ vitæ, ut latissime probat Tiraquel. l. si unquam, C. de revocat. donat à num. 244. Deinde debet fieri protestatio intra tempus datum ad appellandum, cap. finali de appellat. intra tempus concessum in jure ad appellandum cum notario, ac viro in dignitate constituto, ut tenet communis praxis.

Quartò: De essentia appellationis est, ut fiat ad iudicem superiorem, an verò requiratur ut sit iudex determinatus tam in jure Civili, quàm Canonico, probabilis est non requiri, ut cum multis tenet Sanchez, lib. 3. consilior. cap. unico, dub. 32. num. 159. Ut si dicatur: Appello, appello, appello, ad iudicem competentem; talis autem appellatio intelligatur facta ad superiorem proximum; non autem ad Papam, velle garum juris, præsumitur facta potius via communi, quàm speciali, ut notatur l. quancum C. de testam. militis, & l. precibus C. de impub. cum quo bene coheret secundum jus ut appellatio fiat gradatim à Priore ad Provincialem, & ab hoc ad Generalem, deinde ad nuntium protectorem, & Papam; pro quo adducitur quædam declaratio Cardinalium, quæ authentica non ostenditur, & ideo omnis mediis bene potest Religiosus statim appellare ad nuntium, vel Papam, cap. Romana, num. 26. quæst. 6. Covar. Velasquez & alii, quos citant ac sequuntur Portellus in dub. verb. appellare n. 3. Diana part. 3. tr. 2. Resol. 54. Pellizar tom. 1. tract. 6. cap. 7. n. 57.

An verò valeat appellatio alternativa, verbi gratia, appello ad Episcopum, vel legatum, vel Papam, affirmat Navola, cap. 2. de appellat. num. 23. & Valbona quem citat, ac sequitur Diana part. 5. tract. 10. Resol. 18. Quia si aliquid obtaret in tali alternativa, esset incertitudo, quæ sub illa latet, quæ bene poterit ab appellante sequenti declaratione purgari, verbi gratia, si appellans unum ex alternatis iudicibus elegerit intra terminum appellationis determinatum à jure, videlicet intra decem dies à tempore sententia late, intra quod

C. cum sit. L. 1. ff. Oliveti. Tiraquel. C. finali.

12. L. Quancum. L. Precibus.

C. Romana. Covar. Velasquez. Portel. Diana. Pellizar.

13. Navola. Valbona. Diana.